litore si demas. brachia cancri.
scorpio exiit, caudaque mina
bitur unca.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI
XII. ID EST DE QUADRUPEDIB(US)
REPTILIBUS PISCIBUS AC UO
LATILIBUS:

I. DE PECORIB(US) ET IUMENTIS
II. DE BESTIIS
III. DE MINUTIS ANIMALIBUS
IIII. DE SERPENTIBUS
V. DE PISCIBUS
VI. DE UERMIBUS
VII. DE AUIBUS
VIII. DE MINUTIS UOLATILIBUS

## I. DE PECORIB(US) ET IUMENTIS

Omnibus animantibus adam
primum uocabula indidit,
appellans unicuiq(ue) nomen ex
presenti institutione, iuxta
condicionem naturae cui ser
uiret, gentes autem unicuique
animalium ex propria lingua
dederunt uocabula, non autem
secundum latinam linguam atq(ue)
grecam aut quarumlibet gen
tium barbararum nomina illa
inposuit adam, sed illa lingua
quae ante diluuium omnium
una fuit, quae hebrea nuncu
patur, latine autem animali
a siue animantia dicta quod
animentur uita & moueantur
spiritu. Quadrupedia uocata qui
a quattuor pedibus gradi
antur. quae dum sint simili
a pecoribus, tamen sub cura
humana non sunt. ut cerui.
dammae. onagri. & cetera;
sed neque bestiae sunt ut leo
nes, neque ut iumenta ut usus
hominum iuuari possint,
Pecus dicimus omne quod hu
mana lingua & effigie caret,
proprie autem pecorum nomen
his animalibus adcommoda
ri solet. quae sunt aut aduer
cendum apta ut oues & sues.
aut in usu hominum commoda
ta, ut equi & boues. Differt
autem inter pecora & pecudes.
Nam ueteres communiter
in significatione omnium
animalium pecora dixe
runt. pecudes autem tantum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0348